



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. LVI. sanctissimis hisce uerbis, Ave Maria, cacodaemones in
fugam conijci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

commotans abijisset, nō dubium esse testabatur, quāsi
 cacodaemon mulierem in fraudem iniiceret. quod
 à sacerdote iussū fuerat praestitit, cū statim impius
 clamare coepit, praesentia sua satis esse, neq. Virgine
 esse exposcendam. Verū dum ipsa ualde etiam, atq.
 etiam summi regis filiam imploraret, obuiam se de-
 dit candida puella; ad cuius pedes repente prostrata
 mulier illis uerbis AVE MARIA, eam saluta-
 uit. Id ubi factum est, statim ficta, & inanis Satanae
 imago, quae mirros mulieri ludos tam diu dederat, uo-
 luci somno simillima effugit. Ea res tantum mulieri
 terrore incussit, ut insania percita, uix intra annū ad
 se redierit. Quis igitur praeclarè non intelligit, quans-
 ta in sanctissimo Mariae nomine uis sita sit; quo proster-
 nuntur cacodaemones; Angeli uerò, ac coelestes ex-
 sultant?

MIRAC. VIRG. LVII.
 Sanctissimis hisce uerbis, AVE MARIA, cacodae-
 mones in fugam conijci.

IN ditone Coloniensi sacerdos, cui nomen erat
 Petrus, desperatione percitus se laqueo suspen-
 dit. Eius concubina, qua cum diu non sine maxi-
 mo flagitio consueuerat, quae Adeleides nominaba-
 tur, terribilis rei spectaculo perterrita, piarum sancti-
 monialium religione se obligauit. Ibi purè uitā agēs,
 cacodaemonem iuuenis formam habentem conspe-
 xit. Eam ille in terram prosternere, atq. arripere ni-
 xus est; quae metu exanimata cecidit. comites ipsam
 in lecto collocant; & dum paullum se recepisset, iterū

ille-

illecebris, & blanditijs ab hoste sollicitatur, & attentatur: confectis dolis animum ad illud uitae genus, in quo meralibido occlusa erat, ea reduci minimè patebatur. Ille autem hunc sermonem habere institit: Proba Adeldides, quae cumq; sollicitudinem, quae te ex cruciet, ommitte; & animum induc, mihi morem gerere. Honestum, uirum, diuitem, & nobilem tibi parabo. Ecquid infelix in paupere Virginum coenobio fame perire statuis? Cur te hic inedia, aerumnis, totq; molestijs, & incommodis is perditum? Iam iterum delicijs mundi diffue; nec te illis reb. fraudes, quas ad hominum commoda creauit Deus. Me duce, & auspice nihil tibi inquam deerit. perpetua mihi tecum semper erit amicitia. Ipsa tunc constanti animo inquit, non modò non tibi obsequi statuo, nefarie hostis, sed me ualde piget, ac pudet; quòd tuis dolis me in fraudem induci tanta meae cum iactura, ac periculo passa fuerim. Abi impie, abi scelerate; grauissimū finit inter nos bellum. His auditis se illudum caecodæmon persensit; qui iccirco miseram noctes, diesq; torquere nunquam desinebat. Itaq; sanctimonialis intimaesuae consilio freta, sacrae asperfusionis uasculum propè lectum habere coepit; quae dum hostis adsperebatur, statim fusus abibat; sed continuo etiam redibat. Tunc alia sanctimonialis aetate exactiori, & grauiorū iudicio praedita ipsam mouit; ut quò saepius, aut propius scelestus accedebat, eò crebrius, & altiori uoce salutationem Angelicam enunciare assuefeceret. Id ubi mulier Deo cōsecrata fecit, illineturpissimum monstrum repente; uento simillimum disiectū est; atq; a deam amplius concessit.

MARIAE
VIRGINIS
SACRATISS.
MIRACULORVM
LIBER TERTIVS.

AD
HONOREM VENERABILIS COLLEGII
Paderbornensis

AD
GILBERTVM BRVGORAM
Scolarem Mediolanen.

MDCLXXII.
Paderbornae
1772

